UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De verbi Dei prædicatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

VNuſquiſque Epiſcopus vel Patriarcha
Metropolitanus ſubiectos ſibi Epiſco
ſemel aut bis per ſingulos annos cõuocare
bet, & oẽs cauſas ſubtiliter cognoſcere,
Epiſcopi, vel Clerici, vel Monachi ſecum
bent, easque componere, & ſi quid circa
nones ex quacunque perſona admiſſum
mendare.

VALENS, GRATIAN. ET VALENTI
Impp. in l. qui mos eſt. C. Theodoſ. De Epiſc.
& Eccleſ. & cleric.

Fori Eccleſ. & ciuilis comparatio.

QVi mos eſt cauſarum ciuilium, idem
gotiis Eccleſiaſticis eſt: vt ſi qua
quibuſdam diſſenſionibus, leuibusque
ad religionis obſeruantiam pertinentia,
& à ſuæ diœceſeos Synodis audiantur.

DE RECTA VERI PRÆDICATIONE.

DE Prædicatione iſthæc pauca quæ ſequ ex Imperatorum legibus excerpta, hic volui, quibus monemur ne facilè ab omni ctrinæ nos vel huc vel illuc moueri patiamur, ne hæreſum ſeminatoribus aures præbeamus, tumcunq; Euangelica crepent verba, cuius Euangelij prætextu iam indè à temporibus Apoſtolorum pliciores homines, nonnunquam etiam, & ſæpe dem ij, qui ſibi bellè ſapere videbantur, à callidis disertis Hæreticis à vero intellectu, & recto in deuium ſeducti ſunt, quod & hodiè paſſim

Sub prætextu Euãgelij multas animas perdi.

ncinio cum animarum detrimento, proh dolor, perſpicimus. Sic mundus plerunque decipitur ſub ſpecie boni. nam & hoc hæreticorum ſtudium potiſsimum eſt, ut ad imitationem veri ſemetipſos maximè exerceant, & falſitatem ſuam ſub veritatis imitatione incautioribus obtrudant, iux. Auth. Dei inſtrum. caut. & fide, &c. coll. 6. Verum enim & geminum ſcripturæ ſenſum nō modò peruertunt, ſed etiam mutilatas ſententias in protectionem ſuæ perfidiæ conſarcinant, cætera conſultò negligentes, ut imperitioribus facilius imponant: & ſic fraudem diuinæ legi faciunt, quæ fit, ubi id fit, quod fieri lex noluit, ut Iuriſconſultus ait in l. fraus legi. ff. de legib. inciuile enim eſt, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula eius propoſita, iudicare vel reſpondere. l. inciuile. ff. eod. tit. Quamobrem exiſtimandum eſt friuolè illos blaterare, quicquid vel dicto vel verbo effutiunt, quantumuis Euangelium vociferentur, cùm totum illud ad ſuam libidinem torqueant atq; adulterent, ſemota virtute ac ratione, quam illi ſpiritus Dei indidit, ideoq; illud corruptela magis quàm Euangelium dici poteſt: quemadmodum falſa moneta non eſt moneta licet monetæ ſpeciem referat, adeo quòd rectè dixit Accurſius falſum denarium non eſſe denarium, in glo. ſup. ver. habent. l. omnes. C. de hæret. & Manich. Fraus autem ſemper præſumitur in hæreſi, ut idem ait in glo. ſup. ver. per fraudem. l. 2. C. de ſum. trinit. & fid. Cath. Hoc ſentiens Apoſtolus ſeriè hortatus eſt Chriſtianos, ut nulli alij crederent Euangelio, quàm quod in Eccleſia Catholica ab ipſis Apoſtolis, Apoſtolicisq; viris per ſcripturam, vel traditio-

Mundus fallitur ſub ſpecie boni.

Hæreticorum ſtudium.

Hæretici diuinæ legi fraudem faciunt.

Heretici quomodo tractẽt Euangelium.

Semper fraus in hæreſi præſumitur.

Galat. 1.

Cui Euangelio credendũ.

traditionem accepiſſent, contemptis nugiuendulis, qui ab eadem Eccleſia ad ſectas transfugerunt, perindè vt motor & magiſter eorum diabolus in Angelum lucis ſe transformant.

Malum diſcere vel docere idem.

Cùm itaq; par cinus ſit prohibita vel diſcere, vel docere. l. culpa de malefic. meritò admonemur eorum vitare con tudinem, eosq; vt diram luem fugere, ne quid con gionis & labis ex ipſorum lepra contrahamus illud qui picem tractat, contaminatur ab ea quidem Chriſtianiſsimi Imperatores Theodoſius Valentinianus teſtentur hæreticorum conſortio ipſis quoq; elementis iniuriam fieri: quaſi verum ſolum homines, ſed & aër ipſe eorum virulentia ficiatur. l. Arriani. C. de hæret. & Manich.

IVSTIN. IMP. IN EDICTO AD PO
Conſtantinopolitanum, quod miſit ad Ioan.
Rom. Pont. in fin.

Galat. 1.

Hæreticorum Euangelium anathema.

Non in litera ſed ſpiritu cõſiſtit religionis pietas.

DIVINVS Apoſtolus, qui Chriſtum in metipſo habet loquentem, non ſolum uerſus homines, ſed etiam aduerſus Ange talem protulit ſententiam, dicens in Epiſt. ad Galatas. Sed licet nos, aut Angelus de c Euangelizauerit, præterquam quod Euange lizauimus vobis anathema ſit &c. ſi quis tur ſaluo manente pio intellectu de nomi vel ſyllabis, vel dictionibus contendens, rat ſe à ſancta Dei Eccleſia, tanquam non bus, ſed in omnibus ſolis & dictionibus nobis pietate: talis vtpotè diſſenſionibus dens, rationem pro ſemetipſo, & pro dec & decipiendis ab eo, reddet magno Deo, uatori noſtro Ieſu Chriſto in die iudicij.

VALEN

VALENTIN. ET VALENS IMPP. IN L. culpa. C. de malefic. & mathemat. &c.

CVlpa ſimilis eſt tàm ꝓhibita diſcere, quàm docere, &c.

Sequitur de quibuſdam Eccleſiæ Sacramentis, & primum de Baptiſmo.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

ADultiores ad ſacrum Baptiſma, niſi prius totò biennio in fide catholica eruditi fuerint, admitti non debere. Præterea quòd paruulos ſeu infantes baptizari in veteri Eccleſia fuerit conſuetudo ab ipſis Apoſtolis, apoſtolicisq́ viris introducta, ex ſequentibus Iuſtiniani legibus et cõſtitutionibus manifeſtum eſt. quibus vel Anabaptiſtarũ noſtri temporis veſania repræhendi, & ex Eccleſia Dei explodi queat. Iux. l. 1. C. ne ſanct. baptiſ. iteret.

IVSTINIAN. IMP. IN L. FI. (C. QVAE alias in lib. prætermiſſ. Cod. eſt) C. de Pagan. & ſacrific. & templ. &c.

Paganorum infantes baptiſari debere.

GRæci, ſeu Pagani, qui paruuli, & puerilis ætatis ſunt, citra dilationem baptizētur: qui verò adoleuerint, non antè baptizentur, quàm ſcripturas & ſacroſan. canones edocti fuerint.

Lex iſta quoque habetur apud Photiũ in Nomocanone. tit. 4. ca. 4. & tit. 12. cap. 9.

IVSTIN. IMP. IN AVTH. DE SAMARITAN. §. perpulchrum. Coll. 10.

Hec Cõſtant. alias numero 144. eſt.

PErpulchrum nobis videtur, vt ad incontaminatum accurrentes Baptiſma, non temere ſuſcipiantur, ſed cum quadam obſeruatione, & inſtructione, quæ initiationis tempore fieri ſolet. Dicimus autē, vt qui omninò ſenſu

Ad baptiſmũ fide inſtructos, ſi adulti ſint accedere debere.